



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

XXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

Erfordia extirpati credebantur: sed novo dolo factus continuatum est: † Cum enim recepta *molestaurâ* tacula humi jacerent, nec etiam tuta facta *prædonibus* adversus vindictam esse condigni exitus docuissent, prædones hinc inde errando in continua fuga impunitatem facinoris quæsi verunt. Inter alios Nicolaus Talman (a) cum delicti sociis frequentes prædas in vicinia Civitatis egit, cum quibus incertum, incertum quò, celeriter aufugit, iisque distractis, ubi minimum crederetur, ad idem facinus rediit. Auxit læsorum iram elusa vindictæ cupidò. Tandem constantes insidiæ passim struuntur, in quas prædones assuetudine delicti jam minus cauti incidunt, sicque à civibus capti poenâ capitis subeunt. * Egra urbs † hæreticorum furori propior acriter ab iis oppugnabatur. Maluit Erfordia ad aliena mœnia hosti occurrere, quam expectare in suis, Comeatum, arma, & pecunias obsessæ urbi submitit. Unitis hiis viribus impares Hussitæ re infectâ obsidionem solverunt. Tanti beneficium hoc Sigismundus Cæsar habuit, ut Erfordiam per literas grates ageret. (b)

XXII.

Erfurtensibus hac molestiâ liberatis fœdus Moguntino-Saxonicum, continuò oberrabat, ut præsidium Civitati quærerent, muniendam validius urbem Senatus conclude-

(a) Dicta Chronica hoc anno.

(b) Extant in Archivo.

cludebat. (a) † Propè aulam Moguntinam à radicibus Petrini montis per Brületum Carthufiam verſus pomœrium duplici muro & foſſis armatum eſt, cum jam ante, ſcilicet anno hujus ſæculi decimo octavo (b) ſpatioſæ rotunditatis turrim cum iconè S. Martini ad deſenſionem portæ interioris Brületenſis extruxiſſent. Gratuita liberalitate multas pecunias (c) Clerus † in hæc publicæ ſecuritatis munimenta contulit. Carthuſiani, ut & illi defenderentur, † foſſam illam, quæ à ponte, quem Geræ lacuna tranſluit, ad monaſterium uſq; porrigitur, propriis ſumptibus muro utrimque veſtierunt. Hinc illam ad uſum piſcationis perpetuum Senatus unà cum turribus conceſſit. Ab altera parte verſus portam S. Andreae munitio continuata, celerique labore ad portam tutelæ S. Mauritii inſcriptam, & ipſam Kremperia- nam perfectæ eſt. Fœderibus † inſuper ſibi proſpexit, iniiitque cum Ludovico (d) Haſſiæ Landgravio ad tres annos, utque certior eſſet de ope Civitas, in ſingulos annos centum Rhenanos aureos numeravit, ſimiliter † Ducem Henricum Brunſwicensẽ (e) hoc tempore ſibi ligavit, cu-

*Erfurtenſes
ſuam Urbẽ
muniunt.*

*Clerus ad
munimẽto-
rũ impenſas
liberaliter
confert.
Carthuſianã
ſimiliter.*

*Fœdus iniiit
Erfordia
cum Haſſiæ
Landgrav.
Item cum
Brunſwici-
cenſi.*

I 3

tis

(a) Anon. Chron. Erfurt. MS.

(b) Ipſa inſcriptio lapidi incifa eum annum refert.

(c) Dictum Chron. MS.

(d) Extat documentum fœderis in Archivò.

(e) Similiter documentum extat.

*MCCCCX
XXIV.
*Dietherus
Academia
Erfurtenfis
Rector.*
*MCCCCX
XV.
*Templum S.
Wipperti
erigitur.*
*MCCCCX
XIX.
*Clerus ratio
ne Rudelst.
turbatur.
Saxo jura
Clericonfir-
mat.*
*Sacra feralia
pro do-*
XXIII.
*mo Sax. an-
nuè Erfurti
ad B. M. V.
celebrantur.*
*MCCCC
XL.
*Theod. Ele-
tor urbem*

tis sibi stipulata est. * Dietherus † Co-
mes de Isenburg, cujus fatum infra narra-
bimus, literarum studiis operam hic na-
vans, hoc anno Academiae Rector praefu-
it, ac specimen dedit se dignum esse,
qui olim imperaret. Aedes S. Wipperto
† sacra in latissimum fornicem sine pilis ex-
furgens erigitur. (a) * Saxonum † ministri
Marianam Ecclesiam in libertate, & Do-
minio pagi Rudelstat turbaverant. (b)
Querelæ ad Fridericum Electorem, &
Lândgravium deferuntur. Ille cum anti-
quissimus titulus, & majorum consensus
probaretur, non modo jura Capituli, &
possessionem confirmat, sed & reliquos
Mariani Cleri per Saxoniam, & Thuringiam
census se protecturum spondet, Clerus
vicissim Saxonicae Domûs incolumi-
tatem Numini commendaret, ac an-
nuè bis pro defunctis ejusdem sacra feralia
† perageret. Ista in hodiernum diem cum
praescriptis solennitatibus celebrantur.

* Theodoricus † extincto Conrado sus-
fectus Erfordiam die S. Dionysii (c) splen-
didissime ingreditur. Occursum ei à ci-
vibus, & omni multitudine, atque cum
subjectionis professione homagium praestitum
est. Senatus in templo Severiano,
cives in Coemeterio jurarunt. Non in au-
la

ingreditur & homagium suscipit.

(a) Structura in quadrato lapide exterius annum refert.

(b) Documenta Archivi Mariani.

(c) MS. Petrense hoc anno.